

Fatta la rassegna delle truppe, sotto le insegne delle città e dei Signori collegati;

l'11 maggio l'esercito uscì di Padova, e, passato facilmente l'Adige, avanzò sino alla fossa scavata da Antonio della Scala nella guerra di quattro anni innanzi contro Francesco il Vecchio.

Colmata la fossa, lo Hawkwood vi pose una guardia ed eccitò la sua gente con breve discorso.

ductus, quod imperio quondam suorum agebatur, in huius exercitus partem venit. cum his igitur^(a) et quinque^(b) millibus electorum equitum, peditum duobus millibus, dux quinto idus maii^(c) signa efferri iussit: inprimis guelfum lilium rubens populi Florentini; post flammeum currum candido campo distinctum, huius magnifici principis 5 clara signa; subinde crucem rubeam croceis liliis superornatam, populi Bononiensis insignia; postremo ducis et eorum qui primi in exercitu aderant signa subsecuta sunt. progressis itaque letis^(d) ex urbe et Paduano agro, primum transvadandi^(e) Athesim facilis labor fuit, cum et clementiorem se solito placidis aquis preberet 10 et parva admodum hostium manus, que speculandi tantum gratia venerat, in adversa ripa consisteret. his fugatis productoque^(f) exercitu, ad fossam ventum est amplam et profundam, quam Antonius^(g) de la Scala, ut Veronensi agro bene consuleret, struxerat magnis impensis eo bello, quod nimium sibi fidens cum animosissimo prin- 15 cipum Francisco de Carraria Seniore acerrimum infeliciter egerat⁽ⁱ⁾. equato eius fosse aggere quantum transituro exercitui satis fuit, dimissoque presidio ei stationi ut locum tutum servaret ad reditum, dux, ut militum animos alacriores redderet, pauculam orationem, qui manu et industria potior esset quam lingua, ad eos in hunc mo- 20 dum habuit: « satis abunde copiarum^(h) habemus, milites, si eum « animum quem unusquisque sibi tulit ex urbe adversus hostem « et in pugna servaveritis^(l). plurimam quidem benegerende rei « spem michi concepi, cum animosam alacritatem vestram intueor, « persuasique michi nullo modo fieri posse ut is animus^(k) sine 25 « victoria redeat; apud vos est ut eum, qualem vobis fecistis, te- « neatis. hec via nos ad hostes ducet; si cui pavidus^(l) et imbecillis « est animus, indignus me duce, dedecorosus^(m) nunc redeat, dum

(a) *BP* cum igitur et *R* cum his igitur (b) *Mur. om.* quinque (c) *Ra* maii 1391
(d) *P* lectis (e) *Mur.* transvadendi (f) *Mur.* perductoque (g) *Mur.* Dominus
Antonius (h) *R* copiarum satisque virium (i) *P corr.* servaveritis in servaverit
(k) *B* his animus (l) *Mur.* si impavidus (m) *Mur.* dedecorosusque

(i) Per la guerra combattuta da Francesco il Vecchio da Carrara contro Antonio della Scala dal 1385 al 1387 e per la vittoria riportata dal giovane Francesco Novello assieme con lo

Hawkwood a Castagnaro il 10 maggio 1387; cf. GATARI, *Cronaca* cit., p. 271, dove si fa accenno alla fossa, larga sei o sette piedi, che andava dall'Adige al palude.